

TRACTATUS  
DE SERVIS  
VEL FAMVLIS ET HO-  
MINIBVS TAM LIBERIS  
QVAM PROPRIIS, DVORVM CLA-  
RISSIMORVM IVRISCON-  
sultorum,

HIPPOLYTE BONACOSSAE,  
ET FRIDERICI HVSANI.

*Adiecta sunt Summaria & Index copiosus.*



COLONIAE AGRIPPINAE,  
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote,  
ANNO M. D. LXXX.

Coll. Soc. I. B. S. V. Salm.

GREGORIO XIII.  
PONTIFICI MAXIMO

HIPPOLYTUS BONACOSSA  
Iur. Vtr. Doct. Ferrariensis.



**N** E V S O N I V S Græcus ea etate  
Philosophus non ignobilis ( summi  
Dei Vicarie optime ) teste Gallio,  
lib. 16. cap. 1. dicere solebat: Cogi-  
tate, si quid vos per laborem, vel  
studium rectè feceritis, labor ille  
cito à vobis recedet, benefactum  
autem, dum vivetis, nunquam recedat, ( Morum, quos  
fecit, premia Doctor habet. ) Sed si quid per voluptatem  
nequiter feceritis, voluptas illa citò abibit, nequiter fa-  
ctum semper durabit. Cum igitur ex diutina villicati-  
one sacratissime iuris prudentia fructus aliquos pro cõ-  
muni utilitate in medium edere vellem: Tui ipsius altam  
imaginem primum videre contingit, qua nihil dignius,  
nihil præclarior mihi accidere poterat, ut amplissimo e-  
ius conspectu, veluti radianti sydere meum illustraretur  
iudicium, hoc est, tractatum hunc meum, quem de S E R-  
V I S V E L F A M V L I S inscripsi, sub eius præcipue  
patrocinio, & benigna correctione tutiorem & hone-  
stiorem in lucem mitterem. Non ignarus ideo, vel dissi-  
mulans postea, quantum dignitati tue & humanitati  
debeam, pro eius incredibili prudentia, & pietate in  
seruos omnes, quos singulari urbanitate, amabiliter,  
& familiariter ( velut alter Lucillus ) semper est pro-  
sequuta, sanctæq; sedis Apostolicæ in seruos munificen-  
tia. In quorum numero habuit Iacobum Bonacossam  
Pauli III. Pontificis Maximi Protomedicum, & lu-

AMPLISSIMIS PRV.  
DENTISSIMISQVE VIRIS DD.

COSS. ET SENATORIBVS  
inclytæ Reipubl. Lunebur-  
genlis, S.

*Est Epistola Dedicatoria Tractatus de  
Hominibus Proprijs.*



Non deerūt, fat scio,  
viri Amplissimi, qui  
institutum meū im-  
probaturi sint, quōd  
in hac ætate consti-  
tutus, iurisq̄ue ciui-  
lis scientia non ad-  
modum instructus,  
libellum hunc in publico adparere vo-  
luerim. Sed quoniam vsitatum est in o-  
mnium disciplinarum tyrocinijs, speci-  
men aliquod progressus atque eruditio-  
nis suæ cæteris dare, suiq̄ue periculum  
facere; facile apud AA. VV. & omnes bo-  
nos viros susceptæ huius veniã prouin-  
ciæ me impetraturum confido, præser-  
tim quum permultos id ætatis idem vi-  
deam tentasse. Etsi verò nonnullis hæc,  
quam conscribendam aggressus sum, per-  
exigui vsus materia videri posset, veteri  
quippe seruitutis iugo inter nos sublato:  
Tamen

TRACTATUS  
DE SERVIS VEL FA-  
MVLIS D. HIPPOLYTI BO-  
NACOSSAE NOBILIS FERRARI-  
ENSIS, I. C. CLARISSIMI D.

*Prooemium de Seruorum conditione, & vulgata  
nequitia. Et, quomodo eos tractari à  
dominis oporteat.*

**D**E SERVIS vel Familiis verba facturus:  
Quid sit Seruus, famulusvè, primò in-  
quiram. Et Seruus (de quo noster fit  
sermo) est homo liber, qui propter in-  
digentiam non est per se sufficiens ad  
benè viuendum, quem oportet alij famulari, &  
seruire. Aristoteles 1. Politi. de quo Ligna. In tra-  
cta. de Amicitia. §. viso. num. 2. Sum. vir. ca. 38. in 2.  
Serui itaque multis modis dicuntur. secundum  
eundem Philo. Alij dicuntur serui per beneuolé-  
tiam solam. Vnde Tibullus. *Nullus liber erit, si  
quis amare volet.* Et in hoc laudatur, qui talé sibi  
acquirat amicum. ait Seneca ad Lucillum. vbi lau-  
dat in hoc Lucillum, quòd amicabiliter & fami-  
liariter viuebat cū Seruis suis. Et tales debét esse  
Prælati. Hinc Papa se vocat Seruum seruorū Dei:  
quia vtilitatibus & commodis seruorum Dei in-  
cumbit & infistit. Soci. Senior in c. fi. nu. 2. de cle-  
rico venatore. Alij sunt serui per malitiam. Alij  
per denominationé extrinsecam. Alij per violé-  
tiam. Alij per natiuitatem, captiuitatem, vel vè-  
ditioné, vel aliam legis dispositionem, de quibus  
fusus Ligna. ibi. Serui autem per malitiam regu-  
lariter omnes sunt vitiosi & fures. Et ideò dicit  
lex, quòd surriperent ciberes, si aliud nō possēt.

TRACTATUS  
 DE SERVIS SEV HO-  
 MINIBVS PROPRIIS, IN  
 QVO TVM VETERIS, TVM HO-  
 diernæ seruitutis iura breuiter ac di-  
 lucidè explicantur,

AUCTORE

IOANNE FRIDRICO  
 HVSANO. I. C.

CAP. I.

- 1 *Homines iure naturali liberi.*
- 2 *Et prædia.*
- 3 *Qualibet res præsumitur libera.*
- 4 *Duo capita iuris gentium. num. 5.*
- 6 *Aristotelis sententia falsa.*
- 7 *Serui vnde dicti.*
- 8 *Bellum quid.*
- 9 *Primum requisitum iusti belli.*
- 10 *Belli indicendi modus iure veteri.*
- 11 *Bellum iniustum indicens, latro est.*
- 12 *Bellum non nisi publica auctoritate potest suscipi.*
- 13.
- 14 *An cuius licitum sit, indicere bellum.*
- 15 *Soli pontifici & Imp. Rom. belli indicendi potestas est.*
- 16 *Item Regibus & liberis ciuitatibus, superiorem non recognoscentibus.*
- 17 *Principibus inferioribus bellum genere vetitum.*